Concha marina trapezialis lineis quoque quatuor rectis, ſed obliquis, et inæqualibus terminata, et ſic quadratum trapeziale conſtituens, ex uno latere ſtriata ſtriis tenuiſſimis, ex altero verò latere partim lamellata, partim imbricata; internè ex albo flaveſcens, externè autem luridi et tophacei coloris. Oſtreum tortuoſum Rumph. t. 47. l. K. Oſtreum Papuanum. Bon. 322. et 323.

Concha marina trapezialis mediocris, lineis minus rectis. Rumph. loc. cit.

Concha marina trapezialis maior, lineis magis rectis, internè repræſentata. Bon. loc. cit.

Eadem externè repræſentata. Bon. loc. cit.